

REGULA  
SANCTI  
AUGUSTINI  
EPISCOPI,  
ET  
CONSTITUTIONES  
FRATRUM ORDINIS  
Prædicatorum.




ROMÆ, M. DCC. XXV.

Ex Officina Zenobii Ty-  
pographi, & Scalptoris  
SS. DOMINI N.

*Superiorum Facultate.*

IN C I P I T  
R E G U L A  
S. A U G U S T I N I  
E P I S C O P I .



Nte omnia fratres  
charissimi, diliga-  
tur Deus, deinde  
proximus: quia  
ista præcepta sunt  
principaliter no-  
bis data. Hæc igitur sunt, quæ ut  
observetis, præcipimus, in mona-  
sterio constituti. Primum propter  
quod in unum estis congregati;  
ut unanimes habitetis in domo;  
& sit vobis anima una, & cor  
unum in Deo. Et non dicatis ali-  
quid proprium, sed sint vobis om-  
nia communia. Et distribuatur  
unicuique vestrum à Præposito  
vestro victus & tegumentum; non  
æqualiter omnibus, quia nõ equa-

INCIPIT PROLOGUS  
in Librum Constitutionum  
Fratrum Ordinis Præ-  
dicatorum .



**Q**UONIAM ex præ-  
cepto Regulæ jube-  
mur habere cor unum  
& animam unam in  
Domino : justum est , ut qui sub  
una regula , & unius professionis  
voto vivimus , uniformes in ob-  
servantiis canonice religionis in-  
veniamur: quatenus unitatem quæ  
interius est servanda in cordibus,  
foveat , & representet uniformi-  
tas exterius servata in moribus .  
Quod profecto eo competenti-  
& perfectius poterit observari , si  
ea quæ agenda sunt , scripto fue-  
rint commendata ; si omnibus  
qualiter sit vivendum , scriptura  
teste innotescat ; si mutare , vel  
addere , vel minuere nulli quic-  
quam propria voluntate liceat: ne  
si minima neglexerimus , paula-  
tim defluamus .